f ¶ Reſciſſo. hic ptȝ ꝙ ſede vacāte clerici nihil diſponere poſſūt de rebus eccl'ie: vt.x.q. ij.ſi q̄s ep̄s.⁊.lxxv. diſt.qm̄.imo pot⁹ ſede vacāte nō poſſunt imutare ſtatū ei⁹.ex̃ ne.ſe va. cap.nouit.tñ ſi eſt magna neceſſitas clerici poſſunt aliq̄ alienare ſm̄ h.vt dixi.lxxj.diſti.fraternitatē. ⁊ arg.j. e.precarie. tamen de authoritate ſuperioris. Nā ⁊ iudex preſtat authoritatē facto minoris eo tp̄e cū nō habet curatorem: vt C.q̄ admit.ad bono.poſ.l bonoruȝ. Item in minorib⁹ eccleſijs pōt ep̄us aliq̄ alienare mortuo ſacerdote † tēpore neceſſitatis: vt x.q.ij.ſi quis epiſcop⁹.⁊ nota ꝙ cōtract⁹ ipſo iure tenet quē faciūt clerici mortuo ep̄o: ſȝ reſtituit̃ eccl'ia ſi ꝓbat ſe leſam: ſicut eſt in ꝯtu minoris q̄ nō hȝ curatoreȝ: vt.C.de in integ. reſti.ſi curatoreȝ. et ideo bene dicit hic, reſciſſo cōtractu.ſ.per in integ. reſtitutionē.

Sede vacāte an poſſint clerici de reb⁹ eccl'ie diſponere

† Ut ꝯ ex̃ li.vj. de reb. ec. non alie. du dū. ſed pōt irel ligi qđ ibi dicit̃ cuȝ hac determiatione. ⁊ ita hoc nō corrigetur. ad hoc.j.e. p̄carie. Archi.

g ¶ Recipi. Ab emptore.

d ¶ Subſcriptione epi. Licet abbas nō poſſet ſine cōſenſu epi alienare rem eccleſie, vt hic: ⁊.j.xvij.q.iiij.in venditionibus. ⁊ ex̃ de reb.eccle.non alie.nulli.tamē ſi cōſuetudo loci habet, bene pōt dare modicū.ex̃ de do. ca.ij.⁊.iij.⁊ infeudare pōt.ex̃ de reb.eccl.nō alie.ad noſtram. ⁊ hoc pōt ep̄s vel abbas ſine cōſenſu capituli ſi ſubeſt neceſſitas, ⁊ res eſt modica.j.e.ca.terrulas. Jo. qđ falſum eſt niſi in paruis rebus.

Abbas an poſſit donare.

Si qua de reb⁹. ¶ Caſus. Uacante ep̄ali eccl'ia q̄dā preſbyter vēdidit eccl'iaſticā poſſeſſionē, tēpore procedente ep̄s eſt ſubſtitutus, queſitum eſt in ſynodo Anchiritana vtrū talis venditio poſſit reſcindi? Et reſpōdet ꝙ ſic: in arbitrio tñ epi erit vtrū preciū recipiat vel recuperet poſſeſſionē: q2 quandoq; magis expedit habere precium q̄ꝫ poſſeſſionem.

h ¶ Propter qđ.i.q2 ſepe ꝯtigit āpliorē ſummā redit⁹ diſtractaꝝ reꝝ reddi.ſ.emptori p̄cio accepto: hoc ē dicē ꝙ emptor ampli⁹ ſepe ꝑcipit de reditib⁹, q̄ꝫ ſit p̄ciū qđ dedit, vel q̄ꝫ eccl'ia iueniat ꝓ p̄cio qđ accepit: ⁊ ideo magis expedit ep̄o repetē fruct⁹ ꝑceptos, q̄ꝫ retinere p̄ciū.

i Non liceat. ¶ Poſt mortē. Narrat qđ ꝯtingere ſolet. vnde ſub.maxime.ſ.e.hec huius.

k ¶ Rapere. Uitium, no.j.e.de laicis. ⁊ ca.illud.ea.q. v.ſicubi. hug.

Precarie. ¶ Caſ⁹. Statuit̃ hic vt p̄carie ⁊ cōmutationes q̄ facte ſunt ab intruſis vacātib⁹ eccleſijs, reſcindant̃: ⁊ ſi expediat, fiāt ſm̄ canones vł ſm̄ leges.

l ¶ Precarie. Ergo clerici poſſunt alienare eccl'ia vacante: q2 capitulū ſupplet defectum epi.ex̃ de here.ad abolendā. Jo. qđ falſum eſt: vt ex̃ ne ſede va.ca.j.B.

a ¶ Uel ciuili.§.xcvj.diſt.bene.in fi. Uel dic ciuili,id eſt principis:cuius authoritas requiritur in rebus ab ipſo collatis.x.q.ij.precarie.

C Haritatez.¶ Caſus. Hoc ca.duas habet partes. In prima precipit Greg.Maximiano epiſcopo Syracuſano quez fecerat in Sicilia legatum, vt ſi quis epiſcop⁹ moriatur vel deponatur,cōueniāt economus et clerici eccleſie ꝛ prelati:ꝛ in preſentia ei⁹ de re.ec. faciant inuentariū: ꝓ q̄ neq; ſpecies, neq; preciū aliud ſcriptori tribuat. In ſecunda parte ibi: Uiſitatores:precipit ei vt cum viſitatores parochias vacantium eccleſiarum viſitant eo diſponente ipſi et clerici eorum qui cum eis viſitant, aliquid emolumēti propter ſuum laborem percipiant, vt illi conſequantur ſtipendiū ꝛc. Subſidij dicit h. ꝙ nomine ſubſidij intelligitur procuratio tantum:licet poſſet etiam aliter intelligi.

b ¶ Pro faciēdi. Hoc intellige cum habet ſalariū de publico: vt.xxiij.q.j.militare.in fi. et j.q.iij.ſi quis epiſcopus. alˀs ſecus.x.q.ij.precarie.

c ¶ Stipendiū. Argu.ꝙ ad quem onus ſpectat,ꝛ emolumentū.ſ.e. quicunq;.vij.q.j.pontifices.xvj.q.vj.de lapſis. Itē eſt hic argu.ꝙ iudices licite poſſunt petere ſumpt⁹ a partib⁹: vt dixi.xj.q.iij.nō lz.ꝛ eſt ſi.qd dr alibi ꝙ labor nō dz eſſe ſine fructu vt.vij.q.j.ibi.

pauerant,reſcindant:ꝛ cū auctoritate eccleſiaſtica vel ciuili[a],ſi faciēde ſunt,fiant.

Item Gregorius Maximiano Syracuſano epiſcopo.

¶ Pro labore inuētarij nihil accipiāt economi de rebus eccleſie.

CHaritatē tuā cōmonere curauim⁹ vt ſi quiſpiā epoꝝ de hac luce migrauerit vel(qd abſit) ꝓ ſuis fuerit remot⁹ exceſſib⁹ ꝯuenientib⁹ economis,cūctiſq; clericis prioribus,atq; in ſui pñſentia inuētariū eccl'ie rerū faciētib⁹:oia q̄ repta fuerit ſubtilr deſcribantur:nec(ſicut antea fieri dicebat)ſpecies q̄dā aut aliđ qđlibet de reb⁹ q̄ſi ꝓ faciēdi[b] inuētarij labore tollat. ¶ Uiſitatores eccl'iarū,clericiq; eoꝝ q̄ cū ipſis nō ꝑ ſue ciuitatis parochias fatigant: aliqd laboris ſui capiāt te diſponēte ſubſidij. Juſtū nāq; eſt vt illi conſequant ſtipendiū[c],qui ꝓ tēpore ſuum commodare reperiūtur obſequium.

Item ex cōcilio Urbani pape Aluernie celebrato.

¶ Excōicent laici q̄ moriētiū clericoꝝ audēt bōa diripere.

DE laicis q̄ſtio facta eſt q̄ morientib⁹ epis ſiue aliis clericis res defunctoꝝ inuaſas eccl'ie paupibuſq; ſurripiūt.ꝯtra q̄s cōmune toti⁹ cōcilij anathema ꝓlatū eſt,ipſo papa hmōi ſentētiā ꝓmulgāte. Si q̄s poſt interdicti plenitis cognitionē[d] epiſcopoꝝ ſeu preſbyteroꝝ aut aliorū clericoꝝ res[e] inuaſerit:vſq; ad ſatiſfactionē excōmunicentur.

¶ Epoꝝ vero deficiētiū res per archipreſbyteroꝝ[f] ſeu archidiaconorū manus,aut ſm mortuorū iudiciū[g] pro ipſorū ſalute in eleemoſynas diſpenſent:aut ſucceſſori q̄ futurus eſt reſeruentur. Idipſum de preſbyteroꝝ ſeu clericoꝝ aliorū reb⁹ ꝑ epiſcopū vel ſupradictas perſonas,aut cui deficiētes cōmiſerunt, fiat. Si q̄s autē aduerſus iſta preſumpſerit,anathema ſit.

Itē Innocentius papa.ij.

¶ De eodem.

ILlud qđ in ſacro Calcedonēſi ꝯcilio inſtitutū eſt irrefragabilr obſeruari precipimus: vt vz decedentium bona epiſcoporū a nullo omnino hominū diripiantur:ſed ad opus eccleſie ꝛ ſucceſſoris[h] ſui in libera economi[i] ꝛ clericoꝝ ꝑmaneāt poteſtate. Si q̄s aūt ammodo hoc attētare ꝑſumpſerit:excōmunicationi ſubiaceat. Qui vero morientiū epiſcoporū preſbyterorū vel clericorū bona rapuerint,ſimili ſentētie ſubiaceant. ¶ Hoc non ſolū de laicis

et q̄ contra fecerit,anathema ſit. Secunda pars incipit ibi: Epiſcoporum vero.

d ¶ Cognitionē.nō ligat ꝯſtitutio niſi a tēpore ſciētie.lxxxij.diſt.ꝓpoſuiſti.in fi.ff.de decre.ab ordi.fa.l.vlt.

e ¶ Res proprias.ſ.quia de reb⁹ eccleſie non poſſunt teſtari:vt extra de teſta.quia.ſed morientes poſſunt aliqua dare ſi hoc habet eccleſie conſuetudo. extra de teſta.ad hec.

f ¶ Per archipreſbyterorū.ſi defunctus nihil de his diſpoſuit:tūc ſi habet heredē,ei tradet.ſi nō habet,eccleſia ſuccedit: ſicut collegium ſuccedit in hereditatem decurionis.C. de here.decur.l.ij.ꝛ.iij.ꝛ.j.e.q.v.c.vl.ꝛ.§.e.epūs qui.

g ¶ Iudiciū. Poteſt etiaz moriens ſuam voluntatē cōmittere iudicio alteri⁹: vt extra de teſta.cum tibi.

ILlud quod. ¶ Caſus. In cōcilio Calcedon. ſtatutū fuit vt nullus rapiat bōa defunctoꝝ epiſcoporum vel alioꝝ clericorū : ſed omnia per economos ad op⁹ eccleſie ꝛ ſucceſſoris reſeruent. Innocentius vero modo cōfirmat illud:et ſtatuit ꝙ ſi quis cōtra hoc fecerit,excōicet.

h ¶ Succeſſoris. Hoc teneas ꝙ moriente epiſcopo vel ſacerdote ſucceſſori ei⁹ reſeruantur bona ei⁹: vt hic dicitur,ꝛ.§.e.hec hu ius.ſꝫ moriēte canonico nihil reſeruatur ſucceſſori,ſꝫ diuiditur inter canonicos: vt extra de teſta.relatum.

i ¶ Economi.ſi eccleſia habet economū,in poteſtate ei⁹ erunt res eccleſie decedentium epiſcoporū: vt hic. et.lxxv.diſt.quoniam quidem.ſi non habet, erūt in poteſtate maiorū eccleſie: vt.§.ca.proxi.ſi illi nō ſunt idonei,tunc erunt in poteſtate aliorum clericorum : vt.j.c.proxi.omnibus deficientibus erūt in poteſtate metropolitani: vt.j.e.non liceat.niſi ibi viſitator ſit : quia tūc ille cuſtodiet eas.lxj.diſt.obitum.

DE laicis.¶ Caſus. Hoc ca.diuidit in duas partes. In prima parte dicit ꝙ in aluernia erat quedaz praua cōſuetudo.ſ.ꝙ moriētib⁹ epis ſiue aliis clericis laici res defunctorum inuadebāt. Statuit ergo Urbanus papa in conci. Aluernie congregato vt ſi quis decetero talia preſumpſerit,excommunicetur donec reſipiſcat. In ſcđa parte dicit ꝙ res epoꝝ defunctoꝝ ꝑ archidiaconos archipreſbyteros ſm defunctoꝝ iudiciuz pauperib⁹ erogētur,aut ſucceſſori reſeruent. Idē etiā ſeruari debet de rebus aliorum clericorum defunctoꝝ:

¶ Hoc nō ſolū. ¶ Caſus. Supra dictū eſt ꝙ laici bona clericoꝝ defunctoꝝ inuadere non preſumāt:nunc vero

†.l.diſpenſationē rerū ſuarū ſm Innoc ꝛ Hoſt.

‡ Quicquid dicat hic glo. dic ꝙ economus ꝛ clerici cathedralis eccleſie gubernabūt bona ipſi⁹ eccleſie: vt.§.e. charitatē.cui ca.ſtandū eſt: ꝛ h⁹ hr expſſe vt pꝫ ex tex.huius ca. cui ſtādū ē ſꝫ Innoc. prout hoc no. ex̄ de of. ordi.cū vos. et vt eccl. bñfi.c.ſ Archi.

docet idem Gratia. de metropolitanis ⁊ de quibuſlibet alijs clericis: ⁊ ad hoc inducit ſequens ca.

Non liceat. ¶ Caſus. Conſtitutū eſt in ſexta ſynodo vt moriēte ep̄o res illius vel eccľie ſue non preſumentur auferre metropoľ. ſed ſeruenť a clericis eiuſdem eccleſie. ſi ỽo clerici non ſunt ibi idonei, metropolitanus futuro ep̄o oīa illibata reſeruet. Seq. §. cū ca. ſeq. per ſe patet.

a Sicut eccle. ¶ Alienas. rem alienaz ſemp tenetur reſtituere niſi illa iam ſit cōſecrata: vt. xvij. q. iiij. queſti. qꝛ nihil ⁊c. liiij. diſt. generalis. ⁊. xiiij. q. vlt. comperimus.

¶ His oib⁹. ¶ Caſus. Infert Grat. ex oib⁹ fere ſupra dictis ca. ꝙ prelati res eccľiaſticas alienare nō debēt et ſi alienate ſunt reſtitui debēt: qđ verum eſt ſi illicite alienētur. Nūc ỽo dicit ꝙ ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatiſ licite poſſūt res eccľie alienare. De neceſſitate probat ꝑ duo ca. prima. De vtilitate ꝓbat ꝑ tria ſequē. ca. ſ. ſine exceptione. item domus. et terrulas. Sequens ca. pꝫ. Ut meliora. i. vt cauſa vtilitatis.

b ¶ Sed notandum. Nūc incipit oſtendere quādo poſſit alienari res eccleſie.

c ¶ Non habēti Sui tituli. i. eccleſie. vel ſui tituli. i. ad ſuū commodum: vt. ꝫ. e. monemus.

d ¶ Uſurpare. i. alienare. ⁊ ponitur in mala ſignificatione cum non ſubeſt neceſſitas.

Placuit. ¶ Caſus. Hic ſtatuiť vt ſine conſenſu epiſcopoꝝ preſbyteri nō vendāt res eccleſiarū: ſicut nec epiſcopi vendere poſſunt predia eccleſiaꝝ incōſulto cōcilio. ⁊ inducit hoc ca. a cōtrario ſenſu. Cōcilio. hoc quo ad res matricis eccleſie. Uel cuncto p̄ſbyterio. hoc quo ad res aliarū eccleſiaꝝ quaꝝ predia alienantur. ⁊ ſic cōcilium dicitur collegium matricis eccleſie: preſbyterium dicitur collegium aliarum eccleſiarum.

e ¶ Concilio. Scilicet clericorum: vt. ꝫ. ca. proxi.

cis, verūetiā de metropolitanis ⁊ quibuſlibꝫ alijs clericis intelligendū eſt: ſicut in ſexta ſynodo legitur.

¶ Res ep̄i morientis metropolitano nō liceat inuadere.

Non liceat alicui metropolitano moriente ep̄o q̇ ſub eo eſt, aut res ſuas, aut eccľie ſue offerre: ſed ſint ſub cuſtodia clericoꝝ eccleſie defuncti ep̄i vſqꝫ dū ali⁹ ordineť ep̄s. Si ỽo clerici i eccľia nō fuerit: tūc metropolitan⁹ illibata oīa ep̄o q̇ ibi ordinabitur, reddat. ¶ Sicut aūt res eccľie nulli vſurpare licet: ita eccľie aliena inuadere nō permittitur. Unde Grego.

¶ Alienam eccleſiam non liceat inuadere.

Sicut eccľia ꝓprias res amittere nō dꝫ: ita etiā rapacitatiſ ardore alienas[a] inuadere nō opꝫ. ¶ His oībus authoritatib⁹ ꝑſpicue mōſtratur ꝙ nulli ſacerdotū res eccleſiaſticas alicui tradere licꝫ ⁊ ille qui de manu ſacerdotis facultates eccľie accepit, nulloſiure eas vēdicare poterit: ſed potius cogetur reſtituere etiam quod illicite accepit.

¶ Sꝫ notādū[b] eſt ꝙ q̇buſdā cauſis exigentibus res eccľie diſtrahi poſſūt: cauſa em̄ neceſſitatiſ cum cōſilio clericorū vel vt meliora proſpiciāt, res eccleſie a ſacerdotibus diſtrahi poſſunt. Unde in Aphricano concilio legitur.

¶ Niſi cū neceſſitatiſ nec ep̄o liceat rē eccľie ſue vſurpare.

Non habenti neceſſitatem nec ep̄o licet matricis eccľie rem ſui tituli[c] rapere vel vſurpare[d].

Item ex cōcilio Carthagiñ.

¶ Nec p̄ſbyteri ignorantib⁹ ep̄is, nec ep̄i ignorante concilio rem eccleſie vendant.

Placuit vt pbr̄i nō vendant rem eccleſie vbi ſunt cōſtituti, neſciētib⁹ ep̄is ſuis: quomodo nec ep̄is liceat vendere predia eccleſie incōſulto cōcilio[e] vel cūcto preſbyterio[f] ſine vlla neceſſitate[g].

Itē ex ep̄ľa Leonis pa. vniuerſis ep̄is ꝑ Siciliā ꝯſtitutiſ.

¶ Niſi vt meliora ꝓſpiciat, rē eccľe nō licet diſtrahere ep̄o.

Sine exceptiōe[h] decernimus ne quis ep̄s de rebus eccľie ſue quicq̄ donare[i] vel commutare vel vēdere[k] audeat, niſi forte aliq̇d horum faciat vt meliora proſpiciat: et cū totius[l] cleri tractatu[m] atqꝫ cōſenſu id eligat, qđ nō ſit dubiū profuturū[n] eccleſie: ⁊. ſ. Epiſcopus reb⁹ eccleſie tanq̄ cōmēdatis nō tanq̄ proprijs vtatur. Irrita enim ep̄oꝝ vēditio et commutatio rei eccleſiaſtice erit abſqꝫ oīm

f ¶ Preſbyterio. Hic habes ꝙ ep̄s reqret ꝯſenſum ſacerdotum in alienatione: vt. x. q. ij. ſi quis epiſcopus.

g ¶ Neceſſitate. Ergo in neceſſitate poſſunt eis inconſultis: ⸸ vt. ſ. e. terrulas.

Sine exceptiōe. ¶ Caſus. Leo papa precepit ep̄is Sicilie vt res ſua rum eccleſiaꝝ alie quo modo nō alienēt: niſi cauſa vtilitatis hoc faciāt, et cū tractatu ⁊ cōſenſu totius capituli ⁊ ſubſcriptione. ⁊ ſi aliter facta fuerit alienatio, irrita erit ⁊ vacua.

h ¶ Sine exceptione. Et tñ poſſunt aliqui caſus excipi. et ſic eſt ar. ꝙ lꝫ papa p̄cipiat nullam audiendā exceptionez, tamē eſt admittēda: vt ex̄ de offi. deleg. ex pte. ⁊ ex̄ de reſcri. ſi qñ. ⁊. c. cū adeo.

i ¶ Quicq̄ donare. Niſi modicum. ⸸ extra de dona. ceterum.

k ¶ Uendere. vel obligare: vt ex̄ de re. ec. nō ali. nulli.

l ¶ Totius. lxv. diſt. ſane.

m ¶ Tractatu. Qđ debeat eſſe tractatus habes. x. q. ij. hoc ius.

n ¶ Profuturū. Sed nō ſufficit ꝙ vtiliter ceptū eſt, licet nō ſit inde ſecutus effectus: vt ff. de neg. geſt. ſed an vltro? R̄ndeo ꝙ nō: qꝛ cum eccleſiā cōparemus pupillo, non ſufficit vtiliter ceptū, niſi eccľia ſit facta locupletior: vt. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. in princi. niſi ita ſit ꝙ res illa naturaliter vľ terremotu perierit: vt. ff. de mino. verum. §. ſi locupleti. Sꝫ q̇d ſi eccľia ex illo ꝫctu nō eſt locupletata vel dānificata? Tūc dicā ꝫctum tenere: qꝛ ſufficit ꝙ nihil ad leſionē diuine domus ſit factum: vt. x. q. ij. hoc ius. nā eoipſo ꝙ nō eſt pauperior facta, itelligiť locupletior. ff. de ſoľ. l. pupilla. Hoc ſcias ꝙ licet oēs clerici ꝯſentiāt: ſi tñ nō obſeruať forma alienationis, alienatio nulla eſt: ⸸ vt. C. de ſac. ſanc. ec. iubemus. in fi. ⁊ hic idem dꝛ. Itē ſi fiat alienatio in caſu nō conceſſo: dūmō ſeruet forma alienationis, tenet alienatio: vt ex̄ de his q̇ fi. a prela. cū nos. ⁊ ex̄ de emp. ⁊ vē. cū dilecti. ⁊. c. cū cauſa. ſed reſtituiť eccľia ſi ꝓbat ſe leſam.

⸸ Dic ꝙ ſi tāta immineat neceſſitas ꝙ cōcilium canonicorū expectari ñ poſſit: tūc ep̄s alienare poterit. ar. ff. ꝺ ad mi. tur. §. j. ff. de pet. here. l. diuus. dūmō id gerat qđ de iure reprobari nō debeat ar. ff. ꝺ ri. nup. ſi fili⁹.

⸸ Intelligo ex cā: vt. ſ. ſequiť, arg. ꝫ. xliiij. diſti. i p̄nci. arc.

Alienatio fctā ab eccleſia qñqꝫ tenet qñqꝫ non.

⸸ Add Bal. et Alex. ꝺ ymo. in l. cū ali enā. C. de leg.

a ¶ Conniuētia.ſufficit tamē eoꝝ taciturnitas. eᵬ de his que ſi.a prela.cōtinebatur.ꝛ eſt hic arg.ꝙ nulla ſit alienatio niſi adſit ſubſcriptio: vt.xcvj.di.bene quidē.

Terrulas. ¶ Hec eſt.vj.pars.q.in qua ꝓponit ſeu proponere intendit caſus in quibus poſſit alienatio fieri capl'o incōſulto: credo tamē ꝙ nō in oi caſu capitulū ſit cōſulendū,eᵬ de his que ſi.a ma.par.ca.ꝑ totū.Jo.de fā.ſed hic contradicit.

b ¶ Exiguas.forte exiguas vocat non valētes vltra xx.ſolidos: † vt.j.eo.ſi quos. variis eñ modis dr aliquid eſſe modicū: vt dixi.ij.q.vj.anterioꝝ. vbi dr ꝙ ſine decreto nō poſſunt alienari res exigue: vt.ff.de rebus eo.q̄ ſub tu.l.vlt.in prin.xvij.q.iiij.q̄cunqꝫ.ꝛ.ff.de tranſac.cū hi.§.ſi in annos ſinglos. qď ꝯcedo:dum tñ ſint vtiles,nec ineſt neceſſitas vt alienentur: al's ſecus.et hoc verum eſt/niſi cōſuetudo ſit contraria. Argu.cōtra extra de dona.ceterum.

† Iſta fuit ſententia L.vel dic melius ſm Ho.cōſuetudinem terre,ꝛ facultates eccleſie ꝛ vēdite vł date facultatē attēdendā: vt in decre.hic in fi.gl.alleg.i hoc ipē Ho.no.in ſum.de his q̄ ſi.a prela.§.vl ti.i pn.et hoc etiā tꝫ Gof.vt not.in ſum.e.ti.§.in ſumma notādū eſt ꝛc. Archi.

Fugitiui.ꝛc. ¶ Caſ' Quidam ſerui eccleſiarum fugitiui erāt et ſi reuocent' ſiue vocabant'/non poterāt teneri. Statuit ergo cōcilium vt ab epis ſi voluerint diſtrahant' tales fugitiui. Ideꝫ poterunt epi facere ſi illi ſerui meruerint al'as. Uel forte de aliis ſeruis ꝛ nō fugitiuis loquitur quod dicit ca.in fine.

conniuentia[a] ꝛ ſubſcriptione clericoꝝ. Item. Domus vrbium vel caſtroꝝ que eccleſie plus incommodi q̄ꝫ vtilitatis afferunt: licet rectoribus eccleſiarū(ſicut in ſuperiori capitulo Symmachi: Non liceat pape ꝛc.continetur)vendere vel commutare.

Item ſicut in Agathēſi concilio legitur. De eodem.

Terrulas aut vineolas exiguas[b] ꝛ eccleſie minus vtiles aut longe poſitas paruas eps ſine concilio fratrum(ſi neceſſitas fuerit)diſtrahendi habeat poteſtatē.

¶ Seruos q̄ꝫ fugitiuos q̇ reuocati retineri nō poſſunt,ſimiliter epis diſtrahere licet.

Unde in eodē cōci.legitur.

¶ Alienentur fugitiui qui teneri non poſſunt.

Fugitiui[c] domos ſuas aut familiā deſerētes qui etiā ſi reuocati fuerint teneri nō poſſunt:ſimili ratione ab epiſcopis ſi voluerint aut ſi meruerint[d] diſtrahantur.

Item ex cōcilio apud Tanſiatum ca.ij. Palea.

Iniuſtū videt' et ineptū vt mācipia que fideles viri ſeu femine pro redēptione aīe ſue deo ꝛ ſanctis ei⁹ cōſecrauerint,cuiuſcūqꝫ muneris precio vel cōmutationis cōmercio iteruꝫ in ſecularem ſeruitutē redigātur:cum canonica authoritas ſeruos fugitiuos tātummodo diſtrahi ꝑmittat. et ideo oēs rectores eccl'iarū ſummoꝑe caueāt ne vni⁹ eleemoſyna alteri⁹ pctm̄ fiat. ꝛ eſt abſurdū vt ab eccl'iaſtica dignitate ſeru⁹ decedēs humane obnoxi⁹ ſit ſuituti.

Item ſi rectores eccl'ie de rebus ꝓpriis tantūdē eccl'ie reſtituere noluerint,eccleſiaſticas fac'rates libere dare poſſunt:ꝛ ꝯſtabunt his q̇b⁹ date fuerint,ꝑpetua firmitate.

Uñ in Agatheñ.cōci.legit'.

¶ Alienatio de reb⁹ eccleſie quomodo rata eſſe poterit.

Si q̄s qualibet cōditione de rebus eccleſie aliquid alienare p̄ſūpſerit: ſi de ſuo ꝓprio tantū eccleſie cōtulerit[e],q̄ꝫtū viſus eſt abſtuliſſe: tunc demū illud ſtare licebit.

Itē ſi ſeruos eccleſie libertate eps donauerit: ea q̄ in manumiſſione data illis fuerint, ꝑpetua firmitate tenebunt:ſi tñ quantitatē canonib⁹ p̄fixam data non exceſſerint.

Unde in eodē cōcilio legit'.

¶ De eodem.

Si q̄s de ſeruis eccleſie benemeritos[f] ſibi eps libertate donauerit, collataꝫ libertatē[g] a ſucceſſoribus placuit cuſtodiri, cū hoc qď manumiſſor eis in libertatē cōtu

de propriis facultatibus recompenſare:quod ꝓbat ſequenti ca.cuius caſus patet. Qualiter tamen illud ca.intelligatur/melius dicitur in apparatu.

e Si quis. ¶ Cōtulerit. Ergo ſi de ſuo tantū eccleſie dedit/euadit penā depoſitiōis,ꝛ ſic eſt ꝯtra ꝫ e.monem⁹.et.c.ſtatuim⁹.ꝛ ca.diaconi. vbi non euadit penam depoſitionis lꝫ tātum de ſuo det.ſed hic loquitur in eo caſu qñ prius habitus eſt tractatus cum cleric' ꝙ de ſuo tātum vellet dare vt poſſet rē illā alienare,et clerici hoc permiſerūt. † Uel dic ꝙ ſi eps primo aliquid dedit eccl'ie/ſed poſtea tātūdē alienat ab eccl'ia:hoc intelligitur feciſſe ex voluntate eccl'ie.ar.ff.ſo.ma.dotem.

vij.ps

† Ad h⁹ fuit ſnia h.qui credit ſufficere ꝯſenſū clericorum in genere fuit ēt ſnia L.

¶ Item ſi ſeruos. ¶ Hec eſt.viij.ps q̄ōnis/in qua ponit q̄d iuris ſit de libertis eccleſie: ꝛ hec eſt ſnia ꝙ ſerui benemeriti poſſunt manumitti:ꝛ de reb⁹ eccl'ie habere vnde viuant ꝛc.Jo.de fan.

viij. pars.

¶ Caſus Ponit h Gra.quintū caſuꝫ in quo prelat⁹ poteſt aliq̄d de reb⁹ eccl'ie alienare.nā cū manumittit ſeruū,p̄t ei dare vſqꝫ ad.xx.ſolid. ꝛ non vltra.ꝛ ad hoc inducit ſequēs ca.

Si q̄s ¶ Caſ' Quidaꝫ eps quoſdā ſuos ſue eccl'ie bñmeritos manumiſit: et eis q̄dā de reb⁹ eccl'ie donauit.q̄s ſucceſſor ei⁹ voluit in ſuitutē reuocare,ꝛ ea q̄ eis donata fuerāt.q̄re q̄ſitū fuit in ꝯci.Agathē.vtrū hoc facere poſſit. Et rñ.ꝙ nō pōt eos i ſuitutē reuocare:nec qď datū eſt vſqꝫ ad.xx.ſol'.potit reuocare.vltra ꝓo datū reuocabit.

c ¶ Fugitiui. Sed q̄diu eſt in fuga,vendi nō poteſt'.C.ad legem flauiam de pla.in fuga. Itē pōt fugitiuus vēdi ſub cōditione,ſi apprehēdat'.ff.e.l.ij.ideo aūt,ꝓhibet' vendi ſeruus fugitiuus,q̄ꝛ fuga eſt quedā ſpecies libertatis.ff.de edil.edic.q̄s ſit fugitiuus.§.idē recte.

d ¶ Meruerint. In alio.

Iniuſtū. ¶ Item. ¶ Hec eſt.vij.pars.q.in qua dicit ꝙ ſi alienator reddat eccleſiā indemnē,ſcꝫ ſpōte:euadet depoſitionem. Jo.de fan.

¶ Caſus. Ponit quartū caſum Gra.in quo poſſūt prelati eccleſie res alienare licite,ſcilicet ſi tātūdem velint

f ¶ Bñmeritos. Sed q̄ dicunt' bñmeriti? Sūt tales q̄ aliqď iſigne ſuitiū fecerūt eccl'ie.ꝛ ponas exēplū.lxxix.di.ſi q̄s papa. Nā ꝓ p̄mio remunerād⁹ eſt ſuus libertate: vt.j.e.§.in criminali.ꝛ.C.de ſer.q̄ pro pre.lib.acq̄.per totū.large tñ benemeritus dr quicunqꝫ non demeruerit: vt.ff.de ma.teſta.ſuos.ſic quilibet dicit',dignus qui non eſt indignus: vt eᵬ de preſump.dudum.

Bñmerit⁹ q̄s dicitur.

g ¶ Libtatē.ꝫ.e.q.ꝛ ſi illi.ar.ꝫ.ff.ſi q̄d i frau.pa.vni⁹.

a ¶ Amplius. Et ita donatio pro parte valet, ⁊ pro parte nõ. Item eſt hic argu. ꝙ vtile non vitiatur per inutile. vt.C.de dona. ſancimus.j.de ꝯſe. diſt.iiij. ſi non ſanctificat.j.xvij.q.iiij.queſti.⁊.j.e.q.v.q⁊.Ioan.
b ¶ Poſt manumiſſoris. Et ante poſſet: ſʒ poſtea magis cõmode reuocare poſſet.

go hic poni verbũ accuſandi ꝑ verbo agẽdi. † Uel intellige cum epiſcopus accuſatur de crimine quod cõmiſit de cõſilio vniuerſitatis: ‡ vt.xvj.q.vj.placuit. Item per modũ inquiſitionis poteſt agi contra vniuerſitatẽ prout legitur extra de ſimo.veniens.ij. Uel dic ꝙ non conceditur contra vniuerſitatẽ ſed potius contra ſingulos. Io. ego credo ꝙ vniuerſitas (niſi ſint infantes ⁊ ſimiles perſone) accuſari poteſt: q⁊ dolũ committere poteſt: nec ob. lex illa.ff.de dolo.ſed ſi ex dolo. quia qđ ibi dicitur, non poteſt cõmittere dolũ: ſupple de facili, ⁊ videmus ꝙ ſepe capitulũ accuſatur, ⁊ excõmunicatur cõciliũ vniuerſitatis. Et delictũ qđ maiores de vniuerſitate ꝯmittũt ad oẽs refertur.ff.de re iu.l.aliud.B.

† Ad idẽ qđ no.C.de inof.te.l.ij.ff.e. poſthumus.§.ſi quis. ‡ Que delinquere põt ſicut ⁊ eccleſia: vt le.⁊ no.ſ.vij.q.j.ſicut vir.⁊. ſi vero. Archi.

¶ Sed notandũ. ¶ Caſus. Supra dictũ eſt ꝙ ſerui eccleſiarum poſſunt manumitti quãdoque. Nunc vero docet ꝙ ipſa manumiſſio nõ eſt faciẽda niſi retẽto patrocinio: niſi manumiſſor recõpẽſet eccleſie aliũ ſuũ eiuſdẽ meriti ⁊ eiuſdẽ peculij. tñ dicit, c.de duobus.

¶ Epiſcopus qui. ¶ Caſus. Quidã epiſcopus quẽdã ſeruũ eccleſie ſue manumittere deſiderabat nullo patrocinio in ipſo retento. queſitũ fuit in concilio Toletano qualiter hoc fieri poſſet. Et rñ. ꝙ ſi manumiſſor cõferat eccleſie duos ſeruos eiuſdẽ meriti et eiuſdem peculij de cõſenſu canonicorũ ſubſcribentiũ in cõmutatiõe, rata erit cõmutatio ⁊ manumiſſio talis: q⁊ quẽ epiſcopus manumiſit, iam iuri ꝓprio acquiſierat: ita tñ vt prefatus libertus nõ habeat licentiã accuſandi vel teſtificãdi ꝯtra eccleſiã. qđ ſi preſumpſerit, cõmutatiõe manẽte reuocabitur in ſeruitutẽ

lerit. qđ tñ iubemus .xx. ſolidorũ numerũ ⁊ modũ in terrula vel vineola vel hoſpitiolo tenere. ꝙ ſi amplius [a] datũ fuerit poſt manumiſſoris [b] mortẽ eccleſie reuocetur. ¶ Sʒ notãdũ eſt ꝙ ſerui eccleſiarũ manumitti nõ pñt nõ retẽto eccleſiaſtico patrocinio: niſi forte manumiſſor duos eiuſdẽ meriti ⁊ eiuſdẽ peculij eccleſie ꝯferre voluerit. Unde in cõci. tole. iiij. legitur.

¶ De epiſcopo q̇ non retẽto patrocinio ſuos eccleſie manumittit.

Epiſcopus qui mancipiũ iuris eccleſie nõ retẽto eccleſiaſtico patrocinio [c] manumitti deſiderat: duo meriti eiuſdẽ et peculij corã concilio eccleſie cui preeminet ꝓ cõmutationẽ ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat: vt rata et iuſta inueniatur definitio [d] cõmutantis. tunc enĩ liberã manumiſſionẽ ſine patrocinio eccleſie cõcedere poterit: q⁊ euʒ quem libertati tradere diſpoſuerit, iaʒ iuri ꝓprio [e] acquiſiuit. Huiuſmõi autẽ liberto aduerſus eccleſiã cuius iuris extitit, accuſandi [f] ac teſtificandi denegetur licentia. Qđ ſi preſumpſerit: placet vt ſtante [g] cõmutatione in ſeruitutem proprie eccleſie reuocetur cui nocere conatur.

Libertus enĩ niſi venia [h] impetrata patronum in ius vocare nõ permittitur. Unde in ſecundo lib. Digeſtorũ titu. de in ius vocando.

Si ſine venia edicti ĩpetrata libertus patronũ in ius vocauerit: ex querela patroni vel ſupradictã penã.i.l.aureos [i] det vel a prefecto vrbis quaſi inofficioſus [k] caſtigetur, ſi inopia [l] dignoſcitur laborare.

Si vero a collegio q̇s manumiſſus fuerit: nõ ſingulis, ſed vniuerſitati reuerẽtiã debet. Unde in eodẽ lib. titu. eodem.

Idem. Qui manumittitur a

Patrocinium a libertis debitum an poſſit remitti.

c ¶ Patrocinio. Tali.ſ.qđ cõſiſtit in faciendo.ſ. in ſeruiendo: ſed patrociniũ qđ conſiſtit in nõ faciendo: ſcʒ ꝙ eum nõ vocet in ius, illud nõ poteſt remittere: vt pʒ per id qđ ſequitur. Utrũ autẽ patronus ex toto poſſit remittere ius patronatus, notaui. liiij. diſt. quicũque. Sed queritur quare ꝓ vno ſeruo dantur duo ſerui, ⁊ nõ ꝓ vna re eccleſie dantur due res: vt.ſ.e. ſi q̇s. Reſpondeo: q⁊ ſi ſeruus eſt bonus, diligẽter gerit res eccleſie ⁊ negocia, ⁊ non permittit fieri fraudẽ. ſi eſt malus, per eum poteſt extorqueri veritas. Hãc rationẽ aſſignat lex.C.de admini.tu.lex que. in princi.
d ¶ Definitio. Id eſt voluntas.
e ¶ Iuri ꝓprio.i. ſeruus ipſe ꝓprij iuris eſt factus.
f ¶ Accuſandi. Ergo videtur ꝙ alter ꝙ̃ libertus poſſit accuſare eccleſiã: vt ſi accuſatur ꝙ ſimoniace elegit aliquem: vt ex. de ſimo. veniẽs. vel ꝙ metũ intulit alicui: vt.ff. qđ met. cau. metũ.§.ij. Sed cõtra: vniuerſitas nõ poteſt dolũ cõmittere: vt.ff.de dolo. ſʒ ſi ex dolo. ſic nec dicitur aliquid poſſidere.ff.de acq̃r.poſ.l.j.§.vlti. Nec ciuitas põt excõicari: vt.xxiiij.q.iij.ſi habes. Itẽ vniuerſitas ꝑ actorẽ vel ꝓcuratorẽ ſuũ dʒ ſe defendere. ſʒ in crimine nõ interuenit ꝓcurator. ergo vniuerſitas nõ poteſt de crimine conueniri, quod verum eſt. Dicas ergo hic poni verbũ accuſandi ꝑ verbo agẽdi.

Uniuerſitas an poſſit accuſari.

g ¶ Ut ſtante. ergo pena ſoluta remanet contractus in ſua firmitate. xxv.q.ij. quecũque. qđ alias nõ eſt verũ niſi ſit hoc dictũ: vt.ff.de tranſ. q̇ fidem. nam iniquũ eſt ꝙ ſimul habeatur pena ⁊ res.ff. de do. exce. apud.§. labeo. extra de pe. ſuam.

¶ Libertus. ¶ Caſus. Supra dictũ eſt ꝙ libertus ſuũ patronũ accuſare nõ poteſt, vel contra ipſum teſtificari. Nunc vero docet Gra. ꝙ in ciuili cauſa nõ põt eũ in ius vocare niſi venia impetrata a maiori.
h ¶ Niſi venia. Id eſt licentia agendi.
¶ Si ſine. ¶ Caſus. Quidã libertus licẽtia nõ impetrata patronũ ſuũ in ciuili cauſa in ius vocauit. q̄ſitũ fuit quã penã libertus ille pati debeat? Et rñ. ꝙ ſi patronus cõqueritur, punietur libertus pena aureorũ.l. ſi fuerit diues. ſi fuerit pauper, tãquã inofficioſus verberibus caſtigabitur.
i ¶ L. aureos. Niſi peniteat ante litis cõteſt. vt.ff.de in ius vo. q̃uis.
k ¶ Inofficioſus. Id eſt impius.
l ¶ Si inopia. Pauperes enim ſemper puniuntur verberibus.ſ.eo. fraternitas.
¶ Si vero. ¶ Caſus. Supra dictũ eſt quid iuris ſit cuʒ ſeruus ab vno manumittitur: nũc vero docet Gra. q̇d iuris ſit cum manumittitur a collegio: q⁊ tũc non ſingulis, ſed vniuerſitati reuerentiam debet.
¶ Qui manumittitur. ¶ Caſus. Dicitur hic ꝙ ſi q̇s manumittitur a corpore aliquo.i. ſocietate cerdonum vel pelliparioꝝ, vel a collegio clericorũ, vel a ciuitate: ſingulos de vniuerſitate in ius vocabit ſine venia impetrata: q⁊ non eſt libertus ſingulorũ, ſʒ vniuerſitatis tantũ. ſed ſi aduerſus ciuitatẽ vel vniuerſitatem aliã cuius eſt libertus, habeat actionem: non poteſt in ius

vocare rectores vel actorē ipſius ciuitatis vel vniuerſitatis niſi venia impetrata. Sed ſi princeps aliquē faciat ingenuum, nullā reuerētiam debet patrono. Corpore. Corpus dicitur ſocietas hominum non habitantium ſimul. Collegiū vero ſimul habitantiū dicit. iacet vel cū aliena, ¶ cū hoc cautū nō inuenio. hoc ideo qr deteſtabili⁹ eſt hoc crimen in muliere ꝙ̄ in viro. Jo. Male dicit Joā. quia accuſari poteſt mulier, ⁊ vir ſi cū ancilla ſua fornicetur: aut femina ſi adulterium cōmittat: vt extra de diuor. ex literis. B.

¶ Adde qđ not. gl. bar. pet. et Cy. l. i. ſ. C. de ad. ſpe. in ti. de adulte. ℣. ſʒ nū quid.

a ¶ Singulos. ſʒ communis libert⁹ duorum neutrum poteſt in ius vocare. ff. de in ius vo. cōmunis libertus. quia res cōmunis omniū eſt. ff. de ri. nup. illud.

b ¶ Actorē. Gloſ ſauerunt autē quidam hec in ꝓpria cauſa, nō in cauſa vniuerſitatis hec gloſſa falſa eſt: qr bene poteſt conueniri ꝓcurator ¶ patroni, licʒ non ipſe patronus: vt. ff. de obſe. l. licet. ff. de in ius vo. ſʒ ⁊ ſi. §. vlt. ſed ipſe patronus / ſiue ſuo / ſiue alieno noie agat non poteſt conueniri a liberto: vt ꝑ eandē legē ꝓbat. ſed ecōuerſo eſt in liberto: quia licʒ libert⁹ ſuo nomine non poſſit conuenire patronū, tamē nomine alteri⁹ poteſt: vt. ff. e. queſitum.

¶ i. tutor vel curator et eſt ꝓ cā pro: ni: ſʒ in ſimplici ꝓcuratore. ſec⁹ ſm quoſdā. ff. de obſe. honor. ⁊ qr tūc ſemper ꝓ ſonus ꝯuenit ⁊ hʒ inrare de calūnia C. de iu ra. cal. l. ij. Ar.

c ¶ Ingenuū reſtituēdo eū natalib⁹: vt. ff. de natalib⁹ reſti. l. ij.

¶ Cōc. ter. i. l. qm̄ alexāder. ⁊ i. l. caſtitati. cum ibi not. C. de adul.

corpore aliq̄, vel collegio, vel ciuitate ſingulos ᵃ in ius vocabit. nā nō eſt libertus eoꝝ: ſed reipublice honorē habere dʒ. Et ſi aduerſus rēpublicā vel vniuerſitatē velit experiri, veniā edicti petere debet: Quis actorē ᵇ eoꝝ ꝯſtitutū in ius ſit vocaturus. ſi vero ingenuū ᶜ princeps fecit: patrono reuerentiā nō debet. In criminali vero cauſa ſi libert⁹ patronū in ius vocauerit, caput ei⁹ et fortunas petiturus: ante litis exordiū capite puniendus eſt. Crimē vero leſe maieſtatis excipitur: vel ſi patronā illicito ſerui cōcubitu vti deprehenderit: quo caſu etiā ſeruo cū munere libertatꝭ dn̄am accuſare ꝑmittit: ſicut. C. lib. ix. ti. de mulierib⁹ q̄ ſeruis ꝓprijs cōmiſcent, imperator Juſtinian⁹ cōſtituiſſe legit. Siqua cū ſeruo ſuo occulte rē habere detegit: capitali ᵈ ſententie ſubiuget, ¶ tradēdo ignib⁹ ꝟberone ᵉ: ſitq; oībus facultas crimē publicū arguēdi: ſit officio copia nūciādi: ſit etiā ſeruo licētia deferendi: cui libertas ꝓbato crimine dabitur. ¶ In ꝑſonos etiā teſtificari nō ꝑn̄t, niſi ī q̄buſdā caſib⁹: ī q̄bus etiā ſerui in dn̄os torquerī, liberti in patronos iubent. Unde in li. eo. Codi. ti. de q̄ſtionib⁹. Imperatores Antonin⁹ ⁊ Seuer⁹. ¶ De eodē.

Queſtionē de ſeruis contra dn̄os haberi non opʒ, except̄ adulterij criminibus. Itē fraudati cēſus ᶠ accuſatiōib⁹, ⁊ crimine maieſtatis qđ ad ſalutē principis ꝑtinet. ¶ In ceterꝭ aūt q̄q̄ ſm ea q̄ ſeru⁹ cōtra dn̄m dixerit, iudicaturi ſentētiam formare nō debeāt: tn̄ ſi alijs ᵍ q̄q; ꝓbationib⁹ fides ꝟitatꝭ inueſtigetur, ꝑſcriptionis ʰ inuidia euaneſcit. ¶ In pecuniarijs vero cauſis ex inopia probationuʒ ſeruos contra dn̄m poſſe interrogari ⁱ manifeſtum eſt.

Idem.

Inſolitū eſt ⁊ graue exēplo audiri ſeruos aduerſ⁹ tutores vel matrē ᵏ dn̄orum ſuoꝝ: niſi vbi tutele agat. Si ꝟo libert⁹ ſua authoritate a ꝑſocinio eccl'ie receſſerit: ſi

e ¶ Verberone, id eſt ſeruo q̄ poſt ꝟbera cōburit.

In patronos. ¶ Caſus. Supra dictū eſt ꝙ liberti ꝑſonos ſuos accuſare non poſſunt. Nūc vero dicit ꝙ cōtra eos teſtificari nō poſſūt niſi in caſib⁹ quibuſdā in quib⁹ ſerui cōtra dn̄os, ⁊ liberti ꝯtra ſuos patronos ꝟberari iubentur.

Queſtionem. ¶ Caſus. Lex iſta diuidit in tres partes. In prima dicit ꝙ ſerui cōtra dn̄os in criminib⁹ non admittunt ſine indicijs alijs: niſi in except̄ criminib⁹ in quib⁹ ſerui cōtra dn̄os torquētur etiam ſoli, etſi alia indicia nō precedāt. In ſcđa dicitur ꝙ in certis criminibus nō creditur ſolis ſeruis cōtra dn̄os: ſed eis fides cum alijs probationibus adhibet. In tertia dicitur ꝙ in pecuniaria cauſa, nec ſoli nec cū alijs probationib⁹ contra dn̄os admittunt. Secūda ibi: In ceteris autē. Tertia ibi: In pecuniarijs.

¶ Dicūt quidā ꝙ de facto hoc accidit h. ſ. ꝙ forte fuerunt, qr ſufficiēter fuit alis ꝓbatū, vnde ſʒ dn̄s dicat non debere torq̄ri ſeruū ꝯ eū, ⁊ verum dicat: nō tn̄ ꝑ h⁹ abſoluitur cū aliis ſufficiēter ſit ꝓbatū, q; ſic dn̄i exceptio nulla ē. ar. ex. de re iudi. cū I. ic. Brich.

¶ In criminali. ¶ Caſus. Dictū eſt. s. in. l. ſi ſine. quid iuris ſit cum libert⁹ vocat patronum in ius ſine venia in cauſa ciuili. Nunc vero docet Gra. ꝙ ſi vult patronū accuſare de crimine de quo patronus caput ⁊ diuitias perderet ſi probaretur, ante litis conteſt. debet decapitari libert⁹, niſi in crimine leſe maieſtatis: ⁊ niſi patrona cū ſeruo ſuo cōcubuerit: quo caſu cum munere libertatis ſeruo permittit accuſare, et ad hoc inducit. l. ſequen.

¶ Siqua cum ſeruo. ¶ Caſus. Quedam mulier cū ſeruo ſuo concubuit. queſitū fuit quā penam debeat pati vterq;. Et reſpondet ꝙ femina debet decapitari: ſeru⁹ autē comburi debet: ⁊ datur licētia oīb⁹ accuſandi de hoc crimine, ⁊ officialib⁹ copia nunciandi. Seruus etiā poterit de hoc crimine accuſare: ⁊ ſi crimē ꝓbauerit ꝓ munere libertatem habebit.

Dn̄a adultera an poſſit a ſeruo ſuo accuſari.

d ¶ Capitali. hodie adultera verberat / ⁊ detruditur in monaſterium: vt. C. de adul. autē. ſed hodie. Vel dic ꝙ aut. intelligit qn̄ nō adulterat cū ꝓprio ſeruo. Sed nūquid ſeruus pōt accuſare dn̄am ſuā ſi cū alio ſeruo adulterat? Reſpō. ꝙ nō: qr hic loq̄tur de ꝓprio tm̄ ſeruo. ſicut nec dn̄a virū ſuū pōt accuſare ſi cū ancilla ſua

f ¶ Cenſus. Reipub. vel etiā eccleſie: qr eccleſia cōparat reipu. vt. C. de ſac. ſan. ec. l. vt inter diuinū.

g ¶ Si alijs. dicūt quidā ꝙ nec ī except̄ criminib⁹ ſeru⁹ ꝯ dn̄m admittit: niſi aliq̄ ꝑſūptio ꝑcedat. nā ſui ⁊ viles ꝑſone ſemꝑ q̄ſtiōib⁹ ſubdunt: vt. iij. q. iiij. ſi autē ea regi ꝯditio ſit. Sʒ a q̄ſtiōib⁹ nūq̄ eſt īcipiēdū, niſi ꝑcedāt indicia: vt ex. de reg. iur. cū ī ꝯtēplatiōe. ſʒ lex iſta hoc nō patit. ¶ Dico ꝙ hoc ſpeciale vt initiū ſumat a tormētꝭ. ſicut cū marit⁹ dr̄ vxorē occidiſſe. C. ad. l. cor. de ſic. l. vlt. ⁊ cū agit de occiſo dn̄o. ff. ad ſyl. ⁊ ſi cert⁹ ſit percuſſor.

h ¶ Preſcriptionis. i. exceptionis talis. ſ. iſte eſt ſeru⁹ me⁹: ⁊ ideo non audietur contra me.

i ¶ Interrogari. Niſi cum de facto ſuo interrogat: vt. iiij. q. iij. item ſerui.

k Inſolitū. ¶ Matrē. Nā mater q̄nq; gerit tutelā filioꝝ: vt. C. qn̄ mu. tu. of. fungi. l. ij. ⁊ finita tutela pōt agi ꝯ eos, q̄ nō habent loco dn̄oꝝ cū pupillum ſpoliāt. ff. de vſuca. ꝓ emptore q̄ fundū. §. ſi tutor.

¶ Si ꝟo. ¶ Caſus. Dictū eſt. s. in. c. epꝯ qui. ꝙ libert⁹

a patrocinio eccleſie recedere poteſt ſi epiſcopus duos ſeruos eiuſdem meriti ⁊ peculij ꝓ eo dederit. Nunc vero dicit Gratia. ꝙ ſi ſua authoritate a patrocinio eccleſie recedat: niſi admonitus reſipiſcat/reuocetur in ſeruitutem. ⁊ hoc probat per ſeq. ca.

leges veteres ſufficit leuis offenſa. C. de lib. ⁊ eoꝝ li. l. ij. Itē hic habes ꝙ ſiue ꝯmittat libert⁹ eccl'ie ingratitudinē ꝯtra eccleſiā ſiue ꝯtra epm̄, reuocet̃ i ſeruitutē. ſec⁹ ſi ꝯtra aliū de eccleſia. ſ. e. q̄ manumittitur.
f ❡ Proditi. i. de inobedientia conuicti.

Liberti. ❡ Caſus. Cōſtitutū fuit in Toletano cōci. vt ſi liberti eccl'ie ab ei⁹ patrocinio diceſſerit ſi cōmoniti ad eccleſiam non redierint, reuocētur in ſeruitutē. Ingrati actione. i. actiōe intētata, ꝓpter ingratitudinem ſcʒ actione in factū.

a ❡ Redire. Sʒ quare cogunt̃ iſti redire, cum nulle opere ſint eis impoſite: libert⁹ eñ nō tenetur preſtare operas niſi ſint ei ipoſite. C. de ope. lib. l. j. licet honorē eis exhibere teneantur. et etiam alere ipſum: vt. C. de ope. lib. l. j. ⁊ l. mater. Sed dicas aliud eſſe in libertis eccleſie: vt. ſ. e. diaconi. tamē licet liberti eccleſie teneātur ei preſtare operas, nō tamen tales quales ſerui. aliqua eñ debet eſſe differētia: vt. ff. de ope. lib. ſi libertus.

Obediētie.

Libertus an teneat̃ ad operas.

admonit⁹ redire contēpſerit, in ſeruitutē reuocabitur.

Unde in eodē concilio legit̃.

❡ De libertis eccleſie qui ab eius patrocinio diſcedunt.

Liberti eccl'ie q̄ ab eius ꝓcinio diſcedētes q̄buſcunqꝫ ꝑſonis adheſerint: ſi admoniti redire[a] cōtēpſerint manumiſſio eoꝝ irrita ſit qui per inobediētie[f] cōtēptū ingrati actione[b] tenētur.

Itē ex concilio Hiſpalēſi.

❡ Reuocent̃ in ſeruitutē eccleſiarū liberti qui cōtra eius libertatem ſuperbiunt.

Octaua diſcuſſio[c] agitata eſt de quodaʒ eliſeph ex familia Agabinēſis eccleſie: qui ab epo ſuo traditus libertati, de libertate cōfeſtim ad cōtumacie morbū trāſilijt: ſicqꝫ per ſuperbiā nō ſolū eiuſdē epi malis vel inſidioſis artibus ſalutē ledere voluit: ſed etiā patronā eccl'iaʒ libertatiſ imemor predānauit[d]. aduerſus quē ingrati actio canonū et legum authoritate iuſte dirigitur: ſcʒ vt immerite libertatis dāno mulctatus, ad ſeruitutis nexū coactus reuocetur[e]. talium enim ſtat⁹ qui cōtra epm̄ ſuum vel patronam eccleſiam nituntur decidi potius ꝙ̄ cōſeruari conuenit: vt quoꝝ libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus. ⁊ qui ſuperbire voluerunt adepta libertate, proditi[f] diſcant obedire ſubiecti.

Itē ex cōcilio toletano. iiij.

❡ A patrocinio non diſcedāt eccleſie liberti ad ſacros ordines promoti.

De libert̃ autē hec precipit ſancta ſynod⁹ vt ſi qui preſbyteri vel̃ diaconi ab epis facti ſunt ſm̄ modū quo canones antiqui dant licētiā ſint liberi: ⁊ tamen a patrocinio eccleſie tam ipſi ꝙ̄ ab eis progeniti[g] non recedant[h].

❡ Ab alijs q̄qꝫ libertati traditi, ⁊ eccleſijs commēdati, patrocinio epiſcopi colligantur et ne cuiqꝫ donent̃, hoc a principe epiſcopus poſtulet.

De libertis. ❡ Caſus. Hoc ca. diuidit̃ i duas partes. In prima dicitur ꝙ ſi liberti eccl'iarū facti ſunt pb̄ri vel diaconi ꝯtra modū quē canones antiqui docent, ſint liberi: tamen a patrocinio eccl'ie, nec ipſi nec eoꝝ filij recedere debēt. In ſecūda ibi. Ab alijs quoqꝫ dicitur ꝙ libertos eccleſie commēdatos debet ep̄s tueri: nec pōt ep̄s impetrare a pncipe vt eos alicui donet q̄d itelligit h. ſi manumiſſi fuerant pleno iure vel̃ quo ad on⁹ indebitum vel in caſu nō conceſſo. Sed ego intelligo ſicut litera ſonat: q: lʒ ſint eccleſie cōmmēdati, nō tñ ſunt liberti eccl'ie: ⁊ ideo eos epiſcopus donare non poteſt.

g ❡ Ab eis ꝓgeniti. ergo filij libertorum debent obedientiam preſtare eccl'ie patrone ſue ſicut et patres eorum: vt hic, ⁊. C. de lib. ⁊ eoꝝ li. libertine. Sed contra. q̄d ex liberta naſcitur, ingenuum eſt: vt. C. de ope. li. quod ex liberta. So. quidā intelligūt. l. illā libertine, de filijs manumiſſis cū patre, ⁊ ante manumiſſionem natis. leges contrarias intelligūt de natis poſt manumiſſionem. ſed hoc ſtare non poteſt: quia hic dicit̃: tam ipſi ꝙ̄ ab eis ꝓgeniti. Itē ex ſequē. ca. ſ. e. liberti. patet ꝙ intelligitur de filijs natis poſt manumiſſionem: vbi dicit de futura ꝓle ꝙ ab eccleſie patrocinio ſe nō poteſt ſubtrahere. Ideo q̄dā dixerunt iſtud ſpeciale eſſe in libertis eccleſie: vt filij nati poſt manumiſſionē patrum ſuorum ſint liberti eccleſie. Tu dicas ꝙ filij nati poſt manumiſſionē ſunt ingenui: ſunt tamē obnoxij eccleſie quo ad quaſdā operas/que conſiſtunt in honore, in aſſurgēdo, ⁊ in ſalutādo: itē ꝙ nō vocabūt eam in ius. al'as reuocantur in ſeruitutem: vt in cap. ſequen. Joannes.

Libertorū eccleſie filij ſunt eccleſie obnoxij

b ❡ Ingrati actione. i. actione in factū/que datur propter ingratitudinē. nō eñ eſt hoc ꝓpriū nomē actiōis. ſic dicit̃ actio onerſ aduerſi. i. que dat̃ ꝓpter on⁹ aduerſum: vt. ff. locati, in naue.

Octaua. ❡ Caſus. Eliſeph ſeru⁹ agabinēſ. eccleſie ſtatim cum fuit ab epo manumiſſus, nō ſolum voluit ipſum epm̄ interficere, ſʒ etiā patronā eccleſiam in quadā cauſa ciuili vbi arbiter reſidebat, iniuſte dānauit: vel ei⁹ bona per rapinā vſurpauit. quare queſitū fuit de iſto in Hiſpalēſi ꝯcilio in octaua die ipſi⁹ concilij quā penā debeat pati iſte libert⁹. Et rñdet ꝙ dʒ in ſeruitutē reuocari: vt cui⁹ libertas erat pernicioſa/ſit ſeruit⁹ ſalutifera: ⁊ q̄ adepta libertate voluit ſuperbire, diſcat obedire ſubiect⁹. ⁊ dicit h. dānnauit. i. dānificauit, vel ad dānificandū eccleſiā alios inſtigauit/vocādo eccleſiam in ius ſine venia.
c ❡ Diſcuſſio. i. queſtio.
d ❡ Predānauit. i. valde dānificauit.
e ❡ Reuocet̃. Hic habes ꝙ ꝓpter ingratitudinē reuocat̃ libert⁹ in ſeruitutē. ⁊ intelligas ingratitudinē grauē offenſam: q: nō niſi ꝓ graui offenſa reuocat̃ libert⁹ in ſeruitutē/⁊ ꝓpter eaſdē cauſas ꝓpter quas reuocat̃ donatio, in aut. vt libe. de cetero, coll'. vj. ſ. illō. ſm̄

Libertus ꝓpter ingratitudinē reuocat̃ i ſeruitutem.

